5055

C. IVLII CAESARIS
COMMENTARII

DE

BELLO GALLICO ET CIVILI

T/595

ACCEDVNT LIBRI

DE

BELLO ALEXANDRINO AFRICANO
ET HISPANIENSI

E RECENSIONE

FRANCISCI OVDENDORPII

CVRAVIT EDITIONEM

SAM. FR. NATHAN. MORVS

GR. ET LAT. LINGV. PROF. LIPS.

A. CIↃ IↃ CCLXXX

LIPSIAE apud Heredes Weidmann,
et Reichium.

C 10 Lat.

11/548

A Kecskeméti Katona József Gimnázium
T 1381.
Tanári
KÖNYVTÁRA

Julius Caesar müveinek
lipcsei kiadása /1780/

~~5055~~

Chriſtophorus Cellarius, vir, de omnibus bonis literis longe meritiſſimus, in vſus ſcholarum inſtituerat editionem commentariorum Iulii Caeſaris, et ceterorum, qui cum his fere coniungi ſolent, quae editio primum Lipſiae ſumtu Weidmanni a. 1705 prodiit, ſaepius deinde repetita eſt, nuperrime a. 1767. Sed cum non niſi repeti ſoleret, carebat iis omnibus bonis, quae poſt Cellarii aetatem ſtudio Dauiſii, Clarkii, Oudendorpii, aliorumque interpretum prolata fuerant. Monuit ergo neſcio quis Reichium, honeſtiſſimum bibliopolam, vt, ſi quando paraturus eſſet huius operis repetitionem, alicui demandaret curam editionis augendae illis recentiorum temporum bonis, ne ſcholarum magiſtri adiumento hoc deſtituerentur, tironesue aditu eorum, quae noſtrae aetatis felicitas propoſita haberet, excluderentur. Quam quidem curam mihi demandatam recepi, non quod me prae ceteris idoneum exiſtimarem; ſed quia futurum ſperabam, vt iuuenibus literarum ſtudioſis aliquid vtilitatis adferretur. Quare cum huiusmodi fuerit occaſio editionis, meo qualicumque ſtudio nunc curatae, quiuis intelliget, eam, vt Cellarianam, cui ſuccedit, praeter tirones et hos, qui tirones erudiunt, nemini inſtitutam eſſe.